

Biblioteca Digital Curt Nimuendajú

<http://biblio.etnolinguistica.org>

Eckart, Anselm. 1778. Specimen Linguae Brasilicae vulgaris. *Journal zur Kunstgeschichte und zur allgemeinen Litteratur*, vol. 6, p. 195-211. [Inclui suplemento, 'Zusätze zum Specimine linguae brasilicae', publicado no vol. 7 (1779), p. 121-122.]

Permalink: http://biblio.etnolinguistica.org/eckart_1778_specimen

O material contido neste arquivo foi disponibilizado online com o objetivo de tornar acessível uma obra de difícil acesso e de edição esgotada, não podendo ser modificado ou usado para fins comerciais. Seu único propósito é o uso individual para fins de pesquisa e aprendizado.

Possíveis dúvidas ou objeções quanto ao uso e distribuição deste material podem ser dirigidas aos responsáveis pela Biblioteca Digital Curt Nimuendaju, no seguinte endereço:

<http://biblio.etnolinguistica.org/index:contato>

Este arquivo, criado a partir de imagens digitalizadas pela Universität Bielefeld (Alemanha), foi disponibilizado pela equipe da Biblioteca Digital Curt Nimuendajú em fevereiro de 2012.

Nachrichten von den Sprachen in Brasilien.

Herr Inspector Bacmeister in St. Petersburg, überschickte mir im vorigen Jahre seine russisch, französisch, lateinisch und deutsch herausgegebene Nachricht und Bitte, wegen einer Sammlung von Sprachproben. (St. Petersburg, 1773. 4.) Ich ließ die Formeln, die er übersetzt zu haben wünschet, lateinisch und französisch auf ein Octavblatt drucken, um sie überall austheilen zu können. In meiner Bibliotheca glottica werden mehrere Sprachproben, zumal aus Amerika, geliefert werden. Hier theile ich die von Brasilien mit, welche ich der Gefälligkeit Herrn P. Anselm LeCarts zu danken habe, der von 1753 bis 1757 Missionar in Brasilien war. Vorher will ich die mir bekannten brasilischen Grammatiken anzeigen.

Die erste amerikanische Mission des unges
hört unterdrückten Ordens war in Brasilien,
wohin sie vom Könige in Portugal, Johann III

196 Von den Sprachen Brasiliens.

gesendet wurden. P. Joseph Anchieta *) war 44 Jahre Glaubensprediger daselbst. Seine brasilische Sprachlehre wurde in Lissabon gedruckt. Sie erstreckt sich vornämlich über die Sprache der Tupinamben, die zu der Capitania da Para gehören, wo ich nicht irre.

P. Emanuel Vega, der 1608 in Brasilien starb, schrieb einen Katechismus, Sprachlehre und Wörterbuch in der brasilischen Landesprache. Er war 52 Jahre Missionar.

P. Antonius de Aravio, († 1632) aus der azorischen Insel von St. Michael gebürtig, gab den besten brasilianischen Katechismus in
Lissabon

*) Seine *Brasilica Societatis Historia, et Vitae clarorum Patrum, qui in Brasilia uixerunt*, sind noch nicht gedruckt. C. P. Sebast. Berettarii *Vita P. Iosephi Anchietae, e Societate Iesu, Libris IV.* Lugd. 1617. 8. Vielleicht haben ihn P. Manuel Rodrigues, in seinem *Marañon y Amazonas, Historia de los Descubrimientos, Entradas y Reduccion de Naciones*; (Madrid, 1684 fol.) und Pereira de Beirido in den *Anuaes historicos do estado do Maranhao.* (em Lisboa, 1749. fol.) benuset.

Lissabon heraus. Man hat ihn nachher in mehrere amerikanische Sprachen übersetzt.

P. Luis Siqueira, der im Jahre 1643 nebst dreizehn andern von den Barbaren ermordet und aufgefressen wurde, schrieb auch eine in Lissabon in 12 gedruckte brasilische Grammatik.

S p e c i m e n

Linguae Brasiliae vulgaris.

Praemittitur quarundam litterarum Brasilico in idiomate pronuntiatio.

C pronuntiatur, uti apud Germanos **Z**. **X** sicut *Sch*. **P** velut *U* gallicum, et aliquantò acutiùs. Tonus **J** solo auditu disci potest; rectè enim effertur, ac formatur, linguâ fortiter feriendo dentes, ac si praecedentem, adjunctam sibi haberet consonantem *t*. Vocales, virgulam sibi impositam habentes, id à exprimuntur medio quodam sono inter *an* et *ahn*, ita, ut *n* vix percipiatur. Porro *gua*, *gue*, *guo*, *guy* pronuntianda sunt ut *gvua*, *gvue*, *gvuo*, *gvuy*. *Nde* solitarium, vel in dictionis principio positum, quasi *ende*, sed aliquantulum per nares exprimitur, ita

ut e vix audiatur. Paucis hisce præmissis, propositas ad formulas progredior.

I. Unus, *ojepé*, duo, *mocôĩ*, tres, *moçapyr*. Non plùs ultrà Brasili hodie numerant; legi nihilominùs 1754 *Abacaxiensi* nostra in *Missione ad fluvium Madeira* in America, numerum quartum, sive *quatuor* per *munberondye* expressum: grammatica fuit Brasilica, eaque antiquissima, auctore Ven. P. *Josepbo Anchieta*, anno 1597. 9 Junii *Retiriba* in Brasilia defunçto, Thaumaturgo, et Apostolo gentis illius, quam totis 44 annis indefessus excoluit. Reperi eadem in grammatica etiam *quinque*, *ambó*: sed uterque hic numerus modo jam exolevit. Numeros igitur reliquos à Lusitanis mutuos accipiunt, videlicet, quatuor, *quatro*, quinque, *cinco*, sex, *seis*, septem *sete*, octo *oito*, novem *nove*, decem *dez*, undecim *onze*, duodecim *doze*, tredecim, *treze*, quatuordecim *quatorze*, quindecim *quinze*, sexdecim *dezaseis*, septendecim *dezasete*, octodecim *dezoito*, novendecim *dezanove*, viginti, *vinte*, viginti unus *vinte oj-pé cembyra*, id est, *unus insuper*, viginti duo, *vinte mocôĩ cembyra*, triginta, *trinta*, quadraginta, *quarenta*, quinquaginta, *cincoonta*, sexaginta, *sessenta*, septuaginta *setenta*, septuaginta unus, *setenta ojepé cembyra*, septuaginta duo, *setenta mocôĩ cembyra*, octoginta *oienta*, nonaginta, *noventa*,

noventa, nonaginta novem, *noventa nove*, centum, *ojepe papaçába*, quod idem est, ac dicere: *una numeratio*; ducenti, *mocõĩ papaçába*, mille, *dez papaçába*.

Interim quibusdam in numeris exprimendis utuntur Brasili circumlocutione, et voce, et signo loquentes: sic ad enuntiandum *quinque*, ostendunt manum, dicendo: *ojepe xé pò*, hoc est, *semel mea manus*, sive *quinque digiti*: ad significandum *decem*, ambas exhibent manus, *xé pó*, aut *meae manus*: Pro *viginti*, adhibent insuper pedes: *xé pò*, *xé py*, vel *meae manus*, *mei pedes*. Ad exprimendum *tredecim*, ita circumloquuntur: *xé pó*, *moçapyr cembyra*, sive, *meae manus*, *tria insuper*. Hæc ipsa in *Missione Abacaxis* (de qua suprâ) cum piscatores frequentissimè, diebus præsertim Sabbati ei lacu, vulgo *lago de Sampayo*, afferrent testudines, tantæ magnitudinis, ut ex una personæ decem ad satietatem prandium sibi parare possint, e piscatoribus ubi quærebatur, quot essent testudines? *Cocecõĩ Rai!* h. e. *Ecce Pater!* reposuerunt, bacillum ei porrigentes oblongum, (hoc *talca* etiam appellatur) cui tot inciderunt crenas (Schlitte am Kerbholz) quot *jurás* (*jurará* Brasiliçè testudo) attulerant. Incisuram autem decimam semper reddiderunt majorem: Et sic denas duntaxat recensendo crenas,

testudinum numerus jam sciebatur: tulerunt vero plerumque unâ pro hebdomade quadraginta, et plures.

2. Deus non moritur, *Tupã nomandi*. Genuinus hic loquendi modus est in Brasilia juxta dialectum nationis *Toupinambous*. At Paraënsibus in Missionibus, ubi idioma jam est aliquanto corruptum, ita diunt: Deus, *Tupã*, sive *Tupãna*, non *mitiú*, moritur *omanó*. Homo non diu vivit, *Abã noicotebéi ceyi acajú*, i. e. homo non vivit multó tempore, aut multis annis. *Acajú* fructus est Americanus, et quandam pomorum nostrorum, quæ oblongiora sunt, referens similitudinem, coronatum quasi verticem gestat: fructus hic cum semel tantum quotannis ad maturitatem deveniat, ab illo Brasili *annum* suum appellant; quare dicunt: duo anni, *mocoĩ acajã*, tres anni, *mocapyr acajã*. Fructus reliqui multò citius maturescunt: sic milium Asiaticum (türkischer Weizen) Brasiliçè *abari*, tres intra menses jam est maturum.

3. Mater osculatur liberos suos, *Cy ocetobd-pepytér* ¹ ² ³ ⁴ ¹ ² ⁴ ³ *o-membyra*. *O* significat hîc *suos*, *membyra*, liberos. Mater et filios, et filias semper nominat *xé membyra*, quasi *meus fructus ventris*. Habet multum lactis in uberibus, *oguerecó cezi camby opotiá pupé*. ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ¹ ² ³ *Habeo, arecó, habes, ererecó,* ⁵ ⁴ *habet oguerecò,* *ly gue* euphoniæ causâ additur: non autem in omnium verborum persona tertia: dicitur enim: *açó* eo, *ereçó* is, *oçó* it, non vero *ogueçd*. *O-potiá pupé*: Brasilica est hæc constructio: *O* suis, *potiá* uberibus, *pupé*, in. Carent Brasili præpositionibus, quæ semper postponuntur. ¹ ² ³ ⁴ ¹ ² ⁴ ³ *Ipsius maritus amat ipsam, Iména o çauçubi.* Litera prima *I* denotat vocem *Ipsius*.

4. Hæc femina erat gravida, *Có cunbã acotéme ipurá*. *Cunbã moacára* nuncupatur *matrona*, seu *nobilis foemina*. Ante hos sex dies peperit filium, ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ⁶ ³ ³ ⁴ ¹ ⁵ ⁶ *Mocóĩ moçapyr ára janondé oimboár cunumĩ*. Juxta constructionem hæc voces sic leguntur: Bis tres dies ante peperit filium. ¹ ² *Adhuc ægrotat,* *Imbaé*

² ¹ ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ⁶
Imbat-acy coy. Filia ejus juxta eam sedet, et
⁷ ² ¹ ⁵ ⁴ ³ ⁷ ⁶
 siet. *I-membyra ogoapayc i-pyri, ojaceõ oicóbé.* Ex-
 plicatio est: Ejus-fructus ventris sedet eam-jux-
 ta siet estque.

¹ ² ³ ⁴ ⁵ ¹
 5. Infans non vult mammam sugere, *Pitanga*
² ⁴ ⁵ ³
vocamby potári. Ad finem hujus vocabuli *pitanga*,
 si additur *I*, scilicet *pitangai*, tunc infantulus
 intelligitur. Plerumque litera *I* finalis substanti-
 vis in vocibus, rem significat minorem. Sic
 fructus, qui vocatur *pacóba*, addendo *I*, minor
 fructus hujus species significatur.

¹ ² ³ ⁴ ⁵
 6. Hæc puella nondum potest incedere.
¹ ² ³ ⁵ ⁴
Có cunbatai dei oguatábo catú. Ad exprimendam
 vocem *deambulat*, dicunt: *oguatáguatábo*, quasi
 huc et illuc incedit. Vox hæc *catú*, bene, est
 maximè usitata: v.g. *ndé catú úán?* tu vales adhuc?

catueté, valde bene. *Cobé catú*, Lusitanice, mui-
 tas graças &c. Ante annum, et duos meses
⁶ ⁶ ² ² ⁴ ⁵ ³ ¹
 nata est; *Oar ojepé acaju, mocóĩ jacybé janondé;*

Brasilica vocum hæc est constructio: *Nata est unum annum, duos mensesque ante.*

7. Hi quatuor pueri omnes bene valent, *Có*
¹ ² ³ ⁴ ⁵ ¹
quatro cunumĩ oicobé catú. Primus currit, secun-
 dus salit, tertius canit, quartus ridet; *ypyçába*
onbendá, mocõĩçába ojeroky, mocapyçaba oçrãng,
quatroçaba opu. ai. Per numerum, quem cardina-
 lem dicimus, explicant quoque Brasili tres heb-
 domadis dies. Sic dies dominica, *Mutuú;* dies
 lunæ, *morobakypyçába ára,* sive, laboris prima
 dies; Dies Martis, *morobakymocõĩçaba ára,* labo-
 ris secundæ dies; Dies Mercuri, *morobakymoça-*
pyrçába ára, laboris tertia dies; Dies Iovis,
coópába ára, carnem finiens dies; Dies Veneris,
pirá ára, piscis Dies; Dies Sabbati, *Sabarù.* Dies
 Paschatis vocatur *Mutuũuçú,* h. e. quies magna,
 seu a laboribus requies.

8. Hic vir est caecus; *có apyába teçaeyma.*

Vox hæc est composita à *teçá,* oculus, et particula

negativa *eyma*, sive oculis sine, aut oculis captus. Pari modo asserunt: Hæc hydria est plena, *có camuti ipóra*; est vacua, *iporeyma*. Uxor ejus est surda: *Cembirecó cendupareyma*. *Cembirecó* juxta interpretationem, est *propria res*: hinc maritus vocat conjugem suam, *rem ad se pertinentem*. *Acendub*, h. e. *audio*: unde *erecendúbtæ?* audistisne? *tæ* signum est interrogationis. Non audit¹ nos loqui; *Nocendübi oré nbeénga*, i. e. Non au-²dit³ nostrum sermonem.

9. Frater tuus sternutat; *Ndé rykyra*, frater tuus, natu maximus; *Ndé rybyra*, frater tuus natu minor; *Ndé rybykyra*, natu minimus, si ad marem fiat sermo: si vero ad feminam, dicitur: *Ndé kybyra*, generaliter, vel si de fratre omnium minimo, *ndé kykykyra*, STERNUTAT vox non occurrit, cujus loco posui, DELIQUIUM PATITUR, *omanómand*, h. e. quasi moriens moritur. Soror tua dormit; *oátr*¹²³³ *ndé rendyra*; si ad marem; si autem ad femi-
nam

nam sermo fit; *ndé rykera*, scilicet natu major; vel *ndé pykyra*, soror natu minor. Pater *veste*¹ *veste*² *vigilat*³; *Pé rubá okéreyma*¹ *okéreyma*² *okéreyma*³; sive, non dormit, ab *akér*, dormio, et *eyma*, voce negatoriâ; *Pé veste*. Edit et bibit parum; *oi*, *ocaubé miri*: *ou* ab *au*, edo: unde edo farinam, *au oi*; voces duae, nonnisi é vocalibus constantes.

10. Nasus est in medio faciei. *Ti tobá py*¹ *tobá*² *py*³ *py*⁴ *py*⁵ *teripe recou*. Construção est: Nasus faciei medio in est. *Pytera* significat *medium*; habens adjunctam praepositionem *pe*, in, seu potius postpositionem; *a* mutatur in *i*.

11. Habemus duos pedes, et utraque manu quinos digitos. *Jarecô mocô py*¹ *py*² *py*³ *py*⁴ *py*⁵ *py*⁶ *py*⁷ *py*⁸ *py*⁹ *py*¹⁰, sive *pyrunãba*, *ojepé pópe cinco puã amó pópe bé*. Hoc paradigma ita construitur: Habemus duos pedes, unâ manu in quinque digitos, aliâ manu in et, sive etiam.

206 Spec. Ling. Brasiliæ vulgaris.

12 In capite nascuntur capilli. *Ava nar*
¹ ² ³ ⁴ ⁴ ³
² ¹
acá-gapé, h. e. capilli nascuntur capite in. Bra-
 lis villus ad mentum, siue barba, non crescit. Bra-
 silus barbatus rara avis est Americanis istis in
 terris.

13. ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ⁶ ¹
 Lingua et dentes sunt in ore; *Apect,*
³ ² ⁶ ⁵ ⁴
tán-abé jurupé recóu. Explanatio est: Lingua,
 dentes-et ore-in sunt. *Ejus dentes* explicant per
çánba, quæ vox voci germanicæ *zahn* quasi re-
 spondet.

14. ¹ ² ³ ⁴ ⁵
 Dextrum brachium robustius est sinistro;
¹ ² ⁵ ³ ³
Ecatuába ipyatã gatu açú cocé. Interpretatio est:
 Dextrum brachium, sinistrum robustum supra;
 scilicet supra sinistrum est robustum. Brasili ca-
 rent comparativo; quapropter utuntur præpo-
 sitione *çocé*, supra, aut ultra: usurpant quoque
 adverbium *pyry*, magis.

15. ¹ ² ³ ¹ ³
 Pilus est longus, et tenuis; *Avá pucu*
²
cewú. TENUIS vox non occurrit, cujus loco
 posui, MOLLIS, *membécabé.* Voces sunt collo-
 catæ

catæ: Pili longus est, mollis et. Brasili cum cognomina plerumque nulla habeant, addi solent eorum nominibus ejusmodi epitheta; v.g. Franciscus longus, *Pachicú pucú*: Petrus magnus, *Però goaçú*: Paulus mollis, *Paurú membéca*.
¹ Sanguis est ² ruber; ³ *Fuguy ipirángamo ceuvii*, h. e. ruber est. *Piránga*, *porángabé*, i. e. Ruber, formosusque. Ossa dura sunt, sicut lapis; *Cánga antã cesoi itá jabe*; secundum constructionem: ossa dura sunt, lapis sicut. *A cánga* derivatur *cangoéra*, Sceleton, aut ossa compago.

16. Piscis habet oculos, non verò aures;

Pirá oguerecó teçá, *doguerecóinbe namtê*; unde *nambipóra*, inauris. Prima, quam incolui, Missio appellabatur *Piraguyrí*, vox deducta quasi à *pirá*, piscis, et *guyrá*, avis.

17. Haec avis tardè volat. ¹ *Có* ² *guyrá* ³ *oibebé*

³ *megué*, aut *bégue*. *Aibebé*, volo; unde *caraibebé*, Angelus, a *caraiiba*, res sacra, et *aibebé*, uolo, quia ¹ ² ³ *instruétus alis Angelus* depingitur. In terra ¹ ² ³ *re-*
sidet,

208 Spec. Ling. Brasiliçæ vulgaris.

sidet, ²yby ¹pupé ³ogoapye. Ab hac voce *Agoapye*, sedeo, deducitur *apycabd*, scamnum. Aqua brasiliçe dicitur *y*, terra, *yby*, aër, seu potius ventus, *ybyud*. Pennae alarum sunt nigrae, rostrum acutum, et cauda brevis. Non occurrunt vocabula, saltem ad efficiendum sensum completum. In nido ejus sunt ova alba; ³çóca⁴ ⁵çupia ⁶tinga ¹ceçou², h. e. Ejus domo in (nidus enim avium domicilium est) ova alba sunt. Domus dicitur *óca*; at ejus domus, tunc dici debet *çóca*; Petri autem domus, aut mea domus, *Petróca*, *xéçca*, cum littera *r* additur. Sic et templum, *Tupãóca*, sive clarior *Tupana róca*, Dei domus. Eodem construitur modo vox *çupia*, ovum; si enim dicam, gallinae ovum, dicendum est, *çapucáya rupiá*; littera *ç* in *r* mutatur.

18. Folia arboris sunt viridia, rami sunt crassi. Pro hac pariter constructione voces omnes non occurrunt. Brasili loco arboris (vocis enim hujus propria expressio deest) usurpant *lignum*, uti et frequentissimè Hebraei: *Et erit tanquam lignum*

lignum, quod plantatum est &c Psal 1. v. 3. Aliud

pono exemplum: Suspende, puer, rete meum

ex arbore, *ejuráo, cumumĩ, xé kyçába ybýrá pupé;*

voces ultimæ sic sunt collocatæ, meum rete arbore ex.

19. Ignis ardet. Videmus fumum, flam-

mam, et prunam. *Tatá ocáí. Jacepiác tatatin-*

ga: loco vocum *flamma* et *pruna*, quæ non oc-

currunt, addidi sequentes: porcínam, cervi-

namque carnem assam, *tajaçá, çuaçúbé röö mi-*

xira, b. e. porci, cervique carnem assam: *çod,*

caro. *Amixir, assó.*

20. Unda in fluvio rapidè fluit; *y parandá-*

mé ocýryk coriteí; sive, unda fluvio in fluit rapi-

dè. *Oçó parandámé,* ivit ad fluvium, h. e. ivit

piscaturus; nota est loquendi methodus apud

Brasílos. *Me* híc ponitur loco *pé* ob euhoniam.

21. Luna major est, quàm Stella, et minor,

quàm Sol; *Iacy ituraçú jacytatá çocé, coaracy*

guaçúreme jacy çocé: sive, Luna magna Stellam

210 Spec. Ling. Brasiliae vulgaris.

supra, Sol magnus quoque lunam supra. Duae
hae voces, *Jacy* et *coaracy* Brasílico in sermone
optimè explicantur: *Jacy*, luna, deriuatur à *Já*
et *cy*, *Já* fructus et *cy* mater; quasi fructuum
mater: Et *coaracy*, Sol, deducitur à *có* hic, ab
dra dies, et à *cy* mater, quasi hujus diei mater.
Item parvus Brasílicè *mirí*, et *pyry* magis;
hinc et dici potest *miri pyry*, seu parvus magis.
sive minor.

22. Heri vesperi pluit; *coect carúkeme amá-
na okyr*, seu pluvia decidit: *amana* pluvia; un-
de et hiems in Brasilia appellatur *amána dra*,
h. e. *pluviae dies*, sive tempus, quia uno alte-
róve per annum mense frequentior est pluvia.
Coect heri, *amó coect*, nudius tertius. Hodie
mane vidi arcum coelestem; *coyr jeibeté acepiáe*
amána berába, h. e. vidi pluviam coruscantem.
Lusitanis *arcus coelestis* est *arco de velba*; unde
et Brasílice jam legi: *guaimi ybyrápára*, sive
vetulae lignum curvum. *Aberáb* scintillo; hinc

et dicitur fulgetrum, Wetterleuchten, *beidbe-
rãba.*

23. Nox obscura est, dies lucidus. ¹Pyty-
²neme, ³abã ⁴nocepiãci ⁵amõ ⁶mbãt, i. e. Dum ¹nox est,
²homo ³abã non - videt ⁴aliquam ⁵rem. ⁶De loco
valde obscuro dicunt Brasili *ipy'ynuç'i*, à *pytyna*
nox, et *uçu* magnus: dici forsã etiam potest:
Py:yna ipytynuci, nox perobscura. Dies lucidus,
Areme, coaracy oberãb, sive, ubi dies est, sol lucet.

Oratio Dominica, Brasiliçè com- posita.

Noster Pater,	coelo in	ens:	honoratum
<i>Oré Rúb,</i>	<i>ybákypé</i>	<i>tecoar:</i>	<i>imoetépyramo</i>
tuum nomen	fit:	veniat	tuum regnum:
<i>ndé réra</i>	<i>toicó:</i>	<i>toúr</i>	<i>ndé Reino:</i>
fiat	tua	voluntas	terra in
<i>tonbemonbáng</i>	<i>ndé</i>	<i>remimotára</i>	<i>ybyépé</i>
coelo in	fit	sicut:	nostrum dictum,
<i>ybákypé</i>	<i>inhemonbáng</i>	<i>jabé:</i>	<i>oré rembiú</i>
diem quemlibet	attinentem,	da	hodie
<i>ára</i>	<i>jabiõ</i>	<i>ndoára</i>	<i>eimeéng</i>
			<i>corí</i>
		¶ 2	<i>nobis:</i>

212 Spec. Ling. Brasiliçæ vulgaris.

nobis: ignosce nostra peccata propter
 orébe: ndehyrō oré angaipába recé

nobis, nos qui malè trāsērunt ignoscimus
 orébe, oré rerecomemoñçára çupé orenbyrō

sicut: nos fac cadere non tentationem
 jabé: oré moarucárýme jepé tentacão

in: nos libera re mala
 pupé: oré pycyrō jepé mbaé aiba

2. Amen.

çuí. Amen.

Quaedam hac in oratione voces
 explicantur.

Oré, Noster. Habent Brasili quatuor per-
 sonas in plurali: *oré, Nos*, sed non *vos*, qui-
 buscum loquimur. *Jandé, Nos omnes*, etiam *vos*.
Pé, vos, o, illi.

Rúb. Nomina terminata in *a*, illud in vo-
 cativo abjiciunt: Dein incipientia a *t*, in com-
 positione frequenter mutant in *r*, euphoniae gra-
 tiá; hinc *Rúb á Tuba* uti constat é signo sanctæ
 crucis, quod ita formatur:

Túba, Tayrabé, Espirito santobé réra pupé.
 Patris, Filiiq̄ue, Spiritús Sanctique nomine in

ybakypé, ab *ybáka*, coelum; in conjunctione cum *pé in*, *a* in *y* mutatur. *tecoár*, participium praesens ab *aicó* sum: sicut *ens* partic. à sum apud veteres; Prisc. I, 12. Hinc *compos*, praesens, absens, potens. *Imoetépyramo* ab *Amoeté*, honoro; *pyramo*, est particip. praeter. passiv. *Tour* veniat, ab *aúr*, venio. *Reino*: vox Lusitana; defunt enim Brasiliis multa vocabula earum rerum, quas ante Lusitanorum adventum ignorabant. *Tonbemonbáng*, fiat, ab *Amonbang* facio, et adjungendo *τὸ nbe*, fit passivum, *fo*, *anbemonbáng*. *Cori* est hodie, sed adhuc futurum; sicut *coyr* est hodie; sed jam praeteritum. *çupé* est postpositio, regens dativum. *Ndebyrõ* ignosce ab *anbyrõ*, ignosco. *Moarucáryme*, fac cadere non; ab *aár* cado, ab obsoleto *ucar*, et *yme*, particula negativa. *Jepé* est particula hic nihil significans; sed elegantiae tantum causã addita, majorem tamen energiam tribuit: quandoque mutat verbi significationem, ut *açaáng*, canto probò &c. *Açaáng jepé*, non possum. *Mbaé* Brasili saepius promiscuè utuntur *b* loco *m*, et *m* loco *b*. Quandoque ambas consonantes simul praesuntiant.



II.

Zusätze zum Specimine Linguae Brasílicae
uulgaris, im vorigen Theile, S. 206.

1 2 3 4 5
N. 15. Pilus est longus, et tenuis.

1 3 3 5 6 4
*Avá pucú cecóú, i pbi bé. Xipoi, h. e. te-
nuis sum.*

1 2 3 4 5 6 7
17. Pennæ alarum sunt nigræ, rostrum acutum, et
8 9
cauda brevis.

2 1 4 5 6 8 7 9
Jpepó raba ipixim, iti çãti, çovaiabé jatúc

J præponitur relativè ad tò *avis*. *Rováia*, cau-
da absolutè, *çováia*, i. e. ejus, sive *avis* cauda.
Bé, et; quæ conjunctio in fine annectitur.
Atúca brevis: *xeatúc*, sum brevis: *jatúc* brevis
est.

1 2 3 4 5 6 7
18. Folia arboris sunt viridia; rami sunt crassi.

2 1 4 5 7
ybyrá raba çoby, çacapyra iãnamuçú

Çoby, idem est, ac *ceruleum*: Non distinguunt
Brasílii has inter duas voces. *Racapyra*, ra-
mus: *çacapyra*, h. e. ejus ramus.

Xe-anamucú, sum crassus; *iänamucú*, est crassus.

1 2 3 4 5
19. Videmus fumum, flammam et prunam.

1 2 3 5 6
Jacepiãe tatátinga, tatárendy, tatápúnhabé.

Tatá-tinga, h. e. Ignis albus, à *tatá* ignis, et
tin'ga albus.

Sic quoque Brasili exteros omnes, qui non sunt Lusitani, appellant, *Tapúyatínga*, sive *Tapuya* albus. Per ly *Tapuya* propriè intelliguntur Brasili adhuc in Sylva degentes, et anthropophagi, qui feritatem suam nondum exuerunt: Lusitani autem ab iis nominantur *Caraíba*, quasi *res sacrata*; forsàn quia ab illis primò sacrum per lavacrum, sive Baptisma, fuerunt Deo et Ecclesiæ sacrati.

